Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Notum enim uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me. III
Vult purgare usurpationis et humanae traditionis infamia.
Quia non est secundum hominem neque enim ego ab homine accepi illud
neque didici sed per reuelationem ihu xpi. Neque a me confinxi neque
ab alio homine accepi neque a quoquam didici. quod gentes sola
audistis enim conuersationem meam IIII Et fide saluentur
aliquando in iudaismo. Non uos credo latere quod dico.
Ostendere uult quam firmiter tenuerat in iudaismo infideliter
per traditiones patrum expugnare ecclesiam. ut intelligamus eum
non potuisse inde humano consilio. nisi reuelatione separare
diuina. Quo super modum persequebar ecclesiam dei. et expugnabam
illam. et proficiebam in iudaismo super multos coetaneos in genere
meo. abundantius emulator existens paternarum mearum tradi
tionem. Non super omnes. ne iactantia putaretur. Cum autem placu
it eum qui me segregauit ab utero matris meae. Hic prescientiam di
ad electionem apli. ante quam nasceretur elegit. Item. Qui me iam
in presentia. ab utero segregauit quando uoluit fecit quod sciebat
futurum. Et uocauit per gratiam suam. Non meis meritis. Vt reue
laret filium suum in me ut euangelizarem illum in gentibus. Vt filium suum
per gentes reuelaret. Continuo non adquieui carni et sanguini.
Hoc dicit quo secundum mysterium reuelationis commissam
sibi predicationem euangelii exercuerit. neque cum aliquo hominum
et apostolis contulerit aut addiscerit. quemadmodum eum oportet
predicare. Item. Statim celesti incredulus non fui uisioni. quia
non carnis et sanguinis uocem audiui sed dei. Neque uenit hierosolima
ad ante cessores meos apostolos. sed abiit in arabiam et iterum
reuersus sum damascum. Vt ab illis aliquid discerem. sed de da
masco in arabiam punus ibam. ut docerem quod mihi reuelatum
fuerat. Deinde post annos tres. Ostendit se non indiguisse
doceri. quibus tribus iam annis alios predicauerat. Veni hiero
solimam. Quando se discipulis iungere adnitebatur.
Videre petrum. Et susceptum se ab illo in caritate demon